Beatus Dei et Apostolicæ sedis gr̃a electus et confirmatus ecclesiæ Curiensis, Vniuersis et singulis Cristi fidelibus
utriusq; sexus hominibus, præsentes lr̃as uisuris, lecturis, pariter et audituris Notitiam subscriptorũ cum sa-
lute In domino sempiterna. Cum pontificalis dignitas omnium religionum genera in dioc. suã existen., sub
umbra suæ protectionis manu tenere debeat, ac etiam defensare dicatas Deo Virgines, quæ spretis mari-
talibus connubijs, sponsum Iesum Chr̃m accensis lapadibq sequuntur, tanto perpensius nostro debemq com-
munire p̃sidio, quanto maius earũ conditio et sexus femineus noscitur indigere; Hinc est quod nos religionẽ
inter subditas, p̃sertim spirituales et religiosas uigeri et augeri intensis desiderijs affectantes, priuilegium
siue Indultum dilectis nobis in Christo, deuotis Matri et sororibq Domq siue inclusorij in Allenstat, nr̃æ
Curiensis diocesis, per Reuerendũ in Chr̃o patrem et Dominũ Paulum Episcopũ Curiensem, antecessorem nr̃m,
uel eius in spiritualibq Vicarium generalem, gratiose concessum, ac omnia et singula in lr̃is desuper con-
fectis conscripta et contenta auctoritate nostra ordinaria, quã fungimur, In hac parte confirmamq et appro-
bamq, ac nostræ confirmationis robur adijcimq, et interponimq robur firmum, et firmitatem Canonicã, p̃petuis
temporibus decenter habituras. In quorũ om̃ et singulorũ fidem, et testimoniũ p̃missorũ, p̃sentes lr̃as inde fieri,
nostriqs Vicariatq Sigilli iussimus et fecimq appensione communiri. Actum Veldkirchæ. Anno dñi Millesimo,

Bischöfliches Archiv Chur / Schweiz